

*die Angelegenheit am 30. Juli 1215 oder erst einen Monat später verhandelt wurde.<sup>2)</sup>  
— Zur Sache vgl. auch Nr. 53, 57 und 58.*

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. FRIDERICUS DEI<sup>a)</sup> GRATIA COMES DE BRENE CELLE SANCTE MARIE IN PERPETUUM.<sup>b)</sup> | Cum omnium, que sub sole fiunt, memoriam obruere soleat oblivio, ea etiam, que ad hominum utilitatem rationaliter efficiuntur, cicius peribunt ab eorum noticia et vergent | in periculum, que facta sunt ad commodum, si non ob refricandam memoriam aliquo certitudinis astringantur vinculo. Huius rei gratia tam presentis quam futuri | evi hominibus notum esse cupimus, quomodo mansos aliquos nostre proprietatis, hoc est decem in villa Glasowe itemque decem in alia Glasowe nec non et decem | in villa Miletiz, qui simul fiunt mansi triginta, fratribus de Cella sancte Marie tum pro remedio anime nostre tum pro congrua pecunie taxacione dedimus, omnem quoque | repeticionem, quam super predio Ranstede contra fratres predictos hactenus<sup>c)</sup> habueramus, eadem ratione penitus abdicavimus, insuper et vineam eiusdem loci, quam ante non | possederant, sed et medietatem silvule, que nos contingebat, eis adiecimus, quem nimirum contractum aliorumque resignationem cum consensu omnium heredum nostrorum | mediante cognato nostro Theoderico marchione Misnense celebrari contigit, sub presentia ydoneorum testium, quorum nomina subter sunt annotata: Hugo prior | de Doberluch, Iohannes burgravius de Lubin, Heinricus de Warin, Otto de Lichtenhagen, Rudolfus de Nienburch, Fridericus de Turgowe et Widego filius eius, Otto | et Bodo fratres de Yleburch, Ulricus de Pach, Otto de Wezenich, Ditholdus de Nidekke<sup>d)</sup>, Martinus de Hanekarat, Reinbodo de Bichene, Herbordus de Pilatswiz<sup>e)</sup> et Heinricus filius eius et alii quam plures. Acta sunt hec in villa Bichene anno ab incarnatione domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XV<sup>o</sup>, indictione III<sup>a</sup>, tercio kal. septembris.

(SP.)

## 45.

***Markgraf Dietrich von Meißen beurkundet unter anderem, daß er auf die Jagd im Wald des Klosters Altzelle verzichtet und den Wagen des Klosters, die sein Land passieren, Zollfreiheit gewährt, sofern mit ihnen Dinge transportiert werden, die dem Unterhalt der Mönche dienen.***

a) Der engere Buchstabenabstand (zumindest bei FRIDERICUS) und auch die wohl etwas hellere Tinte scheinen dafür zu sprechen, daß FRIDERICUS DEI (von erster Hand) nachgetragen worden ist A (vgl. auch Posse, *Privaturkunden*, S. 97, Anm. 5, S. 99, Anm. 1).

b) Das letzte Drittel der ersten Zeile ist nicht beschrieben worden A.

c) actenus, über a befindet sich ein hochgesetztes h, geschrieben wohl von erster Hand mit derselben Tinte A.

d) Kleine Rasur (0,1 cm) zwischen i und d A.

e) de Pilats | Pilatswiz A.

2) Posse, *Privaturkunden*, S. 83, Anm. 2 dagegen nimmt letzteres an, er vermutet, daß der Skriptor von Nr. 43 den deutschen Monatsnamen im Sinne hatte, weshalb er augusti (anstelle septembris) schrieb.